

**INCIPIT**  
**VADE MECVM VENE RA-**  
**BILIS RAYMVNDI LVLII ARTIS**  
*compendiosæ.*

**T**inctura ignis est melior omnibus tincturis,  
**N**am omnia elementa non tantum operan-  
 tur, sicut quantum operatur ignis in colore et  
 pondere. Est autem in ipso completa digestio, vn-  
 de absq; igne inutilis est omnis spiritus.  
Differentia  
ignis & spi-  
ritus.

Nota, virtus viuificativa infunditur in materijs  
 cum spiritibus quintæ essentiæ. Rursus notan-  
 dum, quod tantum spiritus subtilis est, qui tingit  
 ac mundat corpora a suis leprositatisbus, & est an-  
 tidotum contra omnem infirmitatem, nutriendo  
 calorem naturalem in corporibus metallorum. Ille  
 enim sensibiliter penetrat omne corpus, et in pro-  
 fundo ipsius spiritus requiescit.

Nota quod unus bolus aquæ ardentis melius  
 valet, quam alterius vini quatuor.  
spiritus &

Nota quod de nulla re potes facere tincturam  
 albam vel rubeam, donec & quousq; omnes par-  
 tes suæ corruptæ per artem magisterij remoue-  
 antur, & maxime de sulphure.  
corum con-  
iunctio.

qq